

militate matris reconcilietur ecclesia. Pallas vero & vela, quæ in sanctuarij sordida fuerint ministerio diaconi cum humilibus ministris \* iuxta sacrarum lauent, non nisi habet, & enientes foras a sacrario velamina dominica mensæ, ne forte puluis dominici corporis male decidat, a sindone foris abluto, & erit hæc operanti peccatum, idcirco intrarum, sacrarium, ministris præcipimus, hæc sancta cu[m] diligenter custodire. Sane pehuis nostra comparetur, & p[er]ter hoc nihil aliud tangat. Sed nec ipsa puluis velis apponatur lauanda, nisi quæ ad dominici altaris cultu[m] pertinent. Pallæ altaris foliæ in ea lauent, & in alia, vela ianuaz. De velis autem ianuaz cura sat ostiarij ex admonitione maiorum, ne quis negligens aut ignarus, ad velum ianuæ domus domini manus incondite tergit, sed statim coercitus, discat omnis homo, qui velum atq[ue] domus dñi sanctu[m] est. Præcipimus etiam, ne \* excōmunicato ecclesia, siue laico, de fragmentis oblationum dñi poniat ad mensam. Vnde scis tu, qui passim \* sacrarij panes indignis impeditis, vni de nosti, si a mulieribus mundi sunt hi, quibus impeditis. Hinc & David, ab Abimelech sacerdote interrogatus, quū panes sibi ad comedendū posceret, si mundus esset a muliere, quū se mundu[m] ante triduum profiteret, panes propositionis māducavit. Ad dominica autem \* mysteria tales eligant, qui ante ordinationem suam coniuges suas non nouerint. Quod si post ordinationem, ministro altaris cōtigerit proprium inuadere cum bicalce vxoris, sacrarij nō intret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec altare contingat, nec ab offerentibus holocausti oblationē suscipiat, nec ad dominici corporis \* portationem accedat, nec aqua sacerdotibus porrigit ad manus. Ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vreuum siue calicē, ad altare \* nō sufficerat. Si forte quispiā presbyter, siue diaconus, sacrarij sindone vel velum, subtrahita vendiderit. Iudei scariotis simili estimabili. Qui propter cupiditatē fecerit hoc opus, nouerit se supradicti Iudei susceptus, poenam. Clericus vero solus ad scemina tabernaculū nō accedat, nec properet, sine maioris natu principis iussione. Nec presbyters solus cu[m] sola adiungat, sed duobus adductis testibus, visitet infirmā. Nec solus cu[m] sola scemina fabulas misceat. Nec archidiaconus, aut diaconus, sub pretextu officij humilitatis frequenter domicilia matronaz, aut forte per clericos, aut domesticos eius, matronaz mandent secreti aliquid. Si cognitū fuerit, & illi deponat, & illa a liminibus arceat ecclesia. Sed si forte aliqua intercessio fuerit, Episcopo suggerat. Et si talis est, ad quā debeat ire p[ro] interuentu, ipse perga. Sin autem, de latere suo dirigat, cum duobus aut tribus, qui hoc sanare debeant. Sane ad visitandā mulierem infirmā, nullus clericus ingrediat, nisi cu[m] duobus aut tribus. Nemo tamen clericor[um], cu[m] extranea habitet scemina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cū magna sollicitudine fiat. Non ignoramus malitias Satanae, Vniuersa hæc, cū mansuetudine ecclesiastica, complenda sunt ministeria. Negotiū enim dei nō decet negligenter expleri. Iter atq[ue] iteg[re] de fragmentis dominici corporis demandamus, Calicē vero, ad perferendū sanguinem dñi, preparatum cu[m] tota munditia ministerij, minister p[re]parat, ne, non bene lotus calix, diacono peccatum fiat offerenti. Ita cu[m] omni honestate cuncta quæ supra exposuitum oportet impleri. Tales ad ministerium elegant clerici, qui digne possint dominica sacramenta tractare. Melius est enim dñi sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint digne opus dei exercere, q[uod] multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. A principio epistola[rum] vscq[ue] ad hunc locum de sacramentis delegauit bene intuendis, vbi nō murium stercore inter fragmenta dominicae portionis apparent, neq[ue] putrida p[er] negligentiam remaneant clericor[um], & conuenientes, qui accipere sibi medicinā desiderant, putrida quū videbant, magis cum ridiculo & fastidio videant accipere, & in peccati magis decidant, p[er] negligentiam clericor[um]. Quapropter, nemo clericor[um] vltra hæc dissimulet, aut negligere villatenum audeat, sed libenter, que iusta sunt, explear, & sacramenta diuina nequaquam negligenter cōrectet. Ideoq[ue] tam iuuenes, q[uod] senes, de his, & de omni cōuerstatio[n]e sua, & cōuerstione, & penitentia valde esse sollicitos oportet, satisq[ue] agere, vt hæc cōdigine agant, & de reliquo orinent tā clerici, q[uod] seculares, animas suas ornamenti dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiae, splendore iustitie, candore pietatis, alijsq[ue] omnibus, quibus cōposita decet esse rationabilem mentem. Tum præterea

D n terea



De cōf. diffiz  
Trib. gradī.  
pag. Tāra in  
al[ia], extero,  
al[ia], extero,  
al[ia], Janciuarij  
1. Reg. 21.b

al[ia], ministris  
al[ia], reliquerūt

al[ia], portionē

al[ia], suggestat  
17. q. 4. Si  
forte.  
Match. 27.2

al[ia], scire

2. Cor. 2.2

Dist. 23. Tag  
les ad.